

10

E.26. num. 26.

1767. 13.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

R E P E T E N D A D O S S I T
O B A L I M E N T A P A T R I
E G E N T I P R A E S T A N D A

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P V B L I C. O R D I N.
E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E V. O C T O B R. A N N O C I C I O C C L X V I I .

P V B L I C E D E F E N D E T

I O A N N E S A V G V S T V S M E I S N E R V S

G O R L I C. L V S A T.


L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.



CHRISTIANUS HENR. DREVNER
ERETRISCHIUS ORBIS GESTA
EX CAVENDISHIA
EGENII FRATERNALIS
RESTITUTIO AEGEANIS
TURCICARUM
M

CHRISTIANUS HENR. DREVNER
ERETRISCHIUS ORBIS GESTA
EX CAVENDISHIA
EGENII FRATERNALIS
RESTITUTIO AEGEANIS
TURCICARUM
P



VIRIS
MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, PRAENOBILISSIMIS,
AMPLISSLIMIS,
REIPUBLICAE GORLICENSIS

CONSULIBVS,
PRAETORI,
SYNDICO,
SCABINIS,

RELIQVISQUE

SENATORIBVS

PATRONIS OMNI RELIGIOSAE MENTIS
CVLTV VENERANDIS
HOCCE PIETATIS GRATIQVE ANIMI MONUMENTVM
SACRVM ESSE CVPIT

ILLORVM

OBSERVANTISSIMVS CVLTOR
IOANNES AVGUSTVS MEISNER,

VIRIS
MAGNIFICIS EXCELSIS ENTITATIBUS
CONSERVATISSIMIS TRADITIONIBUS
AMPLESCENTIBUS
REPUTATIONE GORILLICENSIA
CONSULIBAS
PRAETORI
SYNDICO.
SABINIIS
MILLIAS
SINTATORIBAS
ATROMONIUM PREGIOZARIA MENTIBUS
CAPTA ANNIVERSANDIS
HOCCE PRAESTANTIS GRATAE ANNIV. MONUMENTO
TERRAM DEDICAVIT
HISTORI
Johannes Vavasius Margar

VIRI
MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,
CONSULTISSIMI, PRAENOBILISSIMI,
AMPLISSIMI,
PATRONI MAXIMOPERE COLENDI.

Cum, qui aliquando gratus sit futurus, statim, dum acceperit beneficium, de reddendo cogitet, ideoque diu illis, quorum beneficis se se auctum obstrictumque sentit, generosi grataque animi officia debre nequeat, si modo facultas suspetat et occasio; iam et ego diu multumque cogitavi, quomodo VOBIS, VIRI MAGNIFICI, detitissimam ac gratissimam meam mentem pro tot ac tantis beneficiis, quibus me huic usque dignari benigne voluisti, vere significare possem. Ex quo enim me optimi Patris, qui iam diu inter beatos coelites versatur, auxilio orbatum video, VOS, VIRI MAGNIFICI, in primis tam beneolle Patronorum munere erga me perfuncti estis, ut me VESTRO Patrocinio VESTRAQUE nifificentia haud indignum putaretis. Quapropter, quantum VOBIS debeam, quantaque beneficia VOBIS in acceptis feram, equidem sentio; qua ratione vero, VOBIS pro tanta VESTRVM in me meritorum magnitudine debitas gratias referre et satisfacere queam, nondum intelligo. Cum itaque, quod tantopere colendis

Fautoribus, dignum offerre possum, nil habeam, nisi sinceram animi pietatem, qua VOS hucusque veneratus sum semperque venerabor, attamen vero conatum, qualecunque documentum, quo et aliis de mea in VOS obseruantia constaret, exhibendi foneam, et VESTRAE cognitiae indulgentiae meram quoque voluntatem, quamuis vires defiant, acceptam fore confidam, VOBIS, VIRI MAGNIFICI, base studiorum meorum primicias ea, qua decet, animi deuotione consecrare nullus dubitau. Offero itaque VOBIS hocce leuissimum magisque ex offerentis voluntate, quam ex ipsius magnitudine metiendum munuscum, quod VESTRIS MAGNIFICIS NOMINIBVS sacram esse cupio. Accipite igitur illud tanquam documentum animi VOBIS obstrictissimi ac perjuadete VOBIS, nullum unquam fore temporis sparium, quo VESTRO-RVM in me meritorum memoria animo meo effluere debeat. Summa diuini Numinis prouidentia VOS, VIRT MAGNIFICI, per multorum annorum seriem in carissimae Patriae solatium et ornamentum, saluos ac incolumes conservet, omniaque tristia mala a VOBIS VESTRIS que splendidissimis Familias procul auertat! Si quid hisce candidis vatis adhuc addere liceat, hocce unicum a VOBIS mihi omnibus precibus expero, ut VOS VIRI MAGNIFICI, VESTRO fauore VESTRAque benevolenia me et in posterum haud plane indignum putare, ideoque mea studia VESTRO honorifico Patronicio quam commendatissima habere velitis. Scr. Lipsiae, d. V. Oct. MDCCLXVII.

三



A N

REPENDA DOS SIT
OB ALIMENTA
PATRI EGENTI PRAESTANDA.

S. I.



Et prope communis et ni fallor adeo
in usu fori, ut coniicio ex LEYSERO
Med. ad 7. Spec. 317. Med. 1. ad 8. et
Med. 11. et 12. comprobata sententia:
Posse a marito repetere dotem coniu-
gem, quae suo officio satisfactura alere
egentem patrem constituit. Sane plerosque, quos consului
de hoc argumento, inter iustas causas, propter quas constan-
te

te adhuc matrimonio dos repeti possit, referunt alimen-
ta egenti parenti praestanda, aduocatis adeo legibus iu-
riumque textibus. At vero, quamquam nollem impu-
gnare sententiam hanc, tamen ausim adfirmare, non satis
eadem esse examinatam, neque eos iuris textus, si recte
interpretentur, ita comparatos, ut indistincte hulic opini-
onii tanquam extra dubitationem positae calculum adder-
re queam. Liceat itaque paulo accuratius hanc exami-
nare quaestionem.

§. II.

Constat, fuisse olim summam quandam diuerstatem
inter eam dotem, quae dabatur, cum adhuc essent matri-
monia, in quibus vxor veniebat in manum mariti,
interque eam, quae postea dabatur, cum antiqua illa in
manum conuentio vsu non frequentaretur. De hac po-
steriori dote maxime intelligendum, dari eam ad ferenda
matrimonii onera. Retinuere vero semper Romani an-
tiquam illam receptamque sententiam, vix absque dote
legitimum fore matrimonium. Inde explicanda est. POM-
PONII in L. I. π. solut. metr. philosophia, *Nam et publi-
te, inquit, interest, dotes mulieribus conseruari, cum dota-
tas esse feminas ad sobolem procreandam, replendamque
liberis ciuitatem, maxime sit necessarium.* At vero cum
dos ad onera matrimonii ferenda daretur, dubium non
erat, si onerum matrimonii partem in se suscepturna vxor,
varie pacisci potuisse coniugem cum marito circa do-
tem, etiam in eum modum, qui alias cum iure dotium non
conueniebat. Exemplis id probabimus.

§. III.



9

§. III.

Regula erat, dotem ad matrimonii onera ferenda dari, inde TRYPHONINVS in L. 76. π. de iur. dot. in decidenda quaestione hac vtitur causa: *quia nisi matrimonii oneribus serviat, dos nulla est.* Et cum ad onera matrimonii curanda praecipue teneretur maritus, hinc PAVLVS in L. 1. π. eod. *Cum voto eius, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum sit.* Iam vero ad onera matrimonii referebatur, *alere coniugem, alere liberos.* Quapropter si onerum hanc partem in se fuscipere vxor promitteret, iniustum haud erat, vt prope indotata fieret, seu vt maritus fructus in dotem conuerteret. Nam hoc inde prope indotatam fieri, nec pacētūm tale, vt indotata fiat, proprie valere, MARCELLVS apud VLPIANVM in L. 4. pr. π. de pacēt. dotal. expresse statuit. Hac vero non obstante regula VLPIANVS all. l. in f. exceptionem nostram adductam adfirmat. Ait enim: *Et quid dicimus, si pacētūm tale interuenit; ut maritus fructus in dotem conuerteret, et mulier se suosquo aleret, tuereturue et vniuersa onera sua expediret?* quare non dicas conuentionem valere?

§. V.

Quae si probe attendimus, facile argumentum habebimus, ex quo quid de nostro themate sentendum sit, iudicari poterit. Diximus, omnes prope ICTOS adfirmare, repeti posse dotem a marito con-

B

stan-



stante matrimonio, ad alendos parentes egenos. Pro-
 bant hanc suam opinionem autoritate PAVLI in L.
 73. §. 1. π. de iur. dot. Ipsa adiciamus verba.
 Ait: *Manente matrimonio, non perditurae vxori ob-*
bas causas, dos reddi potest; vt se siusque alat; vt
fundum idoneum emat; vi in exilium, vt in insulam
relegato parenti praestet alimonia; aut ut egenem vi-
rum, fratrem sororemue sustineat. Facile patet, hic
 deceptos esse interpres, Distinguenda est quæstio:
 Vtrum ius competit uxori, repetere dotem ob has
 Pauli causas, et maritus cogi possit ad restituendam
 dotem, an vero tantum possit maritus sine periculo
 reddere dotem, quae forsitan vel patri, vel alii resti-
 tuenda esset soluto matrimonio. Nunquam quis-
 quam ex allegata Pauli sententia probabit, ius esse
 uxori constante matrimonio repetendi dotem ad ali-
 monia parenti praestanda, neque ad reddendam dotem
 virum esse condemnandum, maxime si Paulum cum
 VLRIANO in I. 22. §. 1. solut. matr. coniungamus. Si
 post, inquit, solutum matrimonium filia familias, circa pa-
 tri voluntatem exactam communem dotem consumat: pa-
 tri et viua ea, et mortua actio superest, ut dos ipsi solua-
 tur, caeterum SI NON PERDITVRAE et EX
 IVSTIS CAVSIS soluta sit: NON SV-
 PERERIT ACTIO, sed mortuo patre, nec
 etiam heredes agent, nec mulier. Quid ergo: Si ma-
 nente matrimonio NON PERDITVRAE VXO-
 RI ob IVSTAS CAVSAS maritus reddat dotem,
 non supererit actio, ut dos dein finito solutoque ma-
 trimonio soluatur, quae si perditurae redita, adhuc
 super



二

supererat actio. Ita Paulus mihi interpretandus videtur. Ex hoc vero argumento nunquam communis probari potest sententia,

§. VI.

Praetera non obligatum esse maritum ob dictam causam reddere dotem, inde iudico, quia maritus poterat ipse expendere ex dote pecunias ad alimoniam patris, et si expendisset, cum soluto matrimonio ageretur ad restituendam dotem, haec imputare in dotem. Audiamus ipsum VLPIANVM in L. 21. π. solut. matr. Sed et si ideo maritus ex dote expendit, ut a latronibus redimeret necessarias mulieri personas, vel ut mulier vinculis vindicet de necessariis suis aliquem: reputatur ei id, quod expensum est: siue pars dotis sit, pro ea parte, siue tota dos sit, actio dotis euanescit. Nullibi affirmat ICTUS, maritum obligatum esse, ut in redimendos necessarios mulieris illius pecunias impendat. Quaestio itaque tantum de facto agit, quid videlicet iuris, si impenderit. Et ita etiam comparatum est cum illo altero themate de redditâ dote. Non enim affirmat Paulus, obligatum esse ad reddendam dotem, sed ipse quoque de facto agit, scilicet quid iuris, si coniugi suae constante matrimonio maritus reddidisset. Concludo ergo, sententiam communem receptamque L. 73. all. non probari. Veniamus ad alteram probatio- nem.

B 2


§. VII.



§. VII.

Prouocant amplius communis opinionis defensores ad eundem P A V L U M in L. 20. π. solut. matr. Scriferat ICtus: *Quamuis mulier non in hoc accipiat, constante matrimonio dotem; vt aes alienum soluat, aut praedia idonea emat; sed vt liberis ex alio viro egentibus, aut fratribus, aut parentibus consuleret, vel vt eos ex hostibus redimeret: quia iusta et honesta causa est: non videtur male accipere: ei ideo recte ei soluitur, idque et in filia familias obseruatur.* Iam quaero i ex quibus verbis concludenda est obligatio mariti ad restituendam dotem et ius vxoris ad repetendam dotem? Ex verbo *accipiat*, nunquam probari potest. Neque ex verbis, quae inuicem se referunt. *Non male accipere et recte soluitur* hunc significatum iuris habere haud possunt. Recte enim soluere idem est, ac cum effectu liberationis soluere, vt obligatio ipso iure tollatur. Cui ergo recte solui potest, is non male accipit. Dubitari poterat forsitan, an constante matrimonio recte solui posset vxori dos, et affirmat P A V L S, si ex iusta causa soluta sit dos. Obligatus quidem maritus est ad dotis restitutionem, at soluto demum matrimonio. Si ergo ante ruptum vinculum dos soluitur, exigi quidem a marito non poterat, at si sponte solueret, et iusta honestaque causa adeseret in quam pecuniam dotaliem acceptam impenderet vxor, euanescebat actio postea, qua soluto matrimonio maritus ad reddendam dotem conueniri poterat. Nihil hic agitur de iure exigendi dotis redditionem ob has causas, quas addit P A V L S.

§. VIII.



B

§. VIII.

Praeterea videtur Paulus de alio plane themate agere, quam de quo communiter applicant interpretes. Verba enim prima capituli hoc indicant. *Quamvis mulier non in hoc accipiat constante matrimonio dotem,* quorum non hic sensus videtur; quasi iniusta causa esset aes alienum soluere, praedia idonea emere, nam posteriore causam in L. 37. all. ipse Paulus iustam exposuerat. Sed sensum ita concipio. *Quamvis dos ab vxore non accipitur, seu vxori datur, in has causas,* vt aes alienum soluat, *vt praedia emat, sed vt onera matrimonii ex ea ferantur, tamen si accipiat ut egenitibus parentibus succurreret, haec enim vis particulae sed necessario ex dicendi ratione esse deber, cum soleat posterior propositio hac particula connecti cum protasi, quo venit, ut nonnulli etiam MSpiti libri exhibeant: tamen non videtur male accipere, et ideo recte ei soluitur siue sui iuris sit vxor, siue filia familias, quia nimirum iusta honestaque causa est.*

§. IX.

Ex his omnibus apparet, posse vxorem accipere dotem, si soluatur, et in eas causas accipere, ut alat patrem egentem, vt liberis prioris matrimonii consulat: Et si sic impenderat, non male accepisse, hoc est non perditurae solutam esse, et ita Paulus hac L. 20. idem videtur comprobasse, quod supra L. 73. adfirmauerat. At vero nec ita proba-

B 3


tum



tum erit, vxori competere ius repetendi dotem constante matrimonio. Et cum supra vidimus pacto quasi indotatam coniugem fieri potuisse, quid obstat, quo minus et hic affirmemus redditu dote indotatam retinere et voluisse, et potuisse maritum coniugem, quo effectum, vt si non male acceperit vxor, liberatus sit maritus ab omni obligatione restituenda dotis soluto matrimonio.

§. X.

At obiicis. Obligantur teste **ULPIANO** in **L. 5. §. 1. π. de agnos. et alend. liber.** liberi ad alienados parentes si egeant. Cedo; at exinde non sequitur posse propterea dotem repetere coniugem. Ius enim mariti perpetuum est, habendi illatam dotem ad onera matrimonii ferenda, hoc eripi sine culpa ipsius marito nequit, quippe non prius reuiniscit vxoris dominium, quam soluto matrimonio. Hinc quoque ipsae leges permisere marito, vt, cum non habeat forsan vxor parapherna, ex quibus patrem egentem aleare possit, ipse maritus pietatis coniugis suae officium in se suscipiat patremque alat, quodque si ab eo factum sit, cum liberalitas non praesumatur, posse in dotem imputari. Nulla ergo perfecta adesse potest obligatio, neque ex pietate ius deduci, vt propterea ipsam dotem repeatat vxor, sed in mariti semper manet arbitrio, an retinere, an sponte reddere, imo si ipsa



15

coniux praeter dotem receptitia habet, ex his potius
alendus erit pater egestate supprellus, imo pietatis hu-
manitatisque officia peragenda, quam ex dote. Con-
sequor itaque: nec satis exacte fori communem illam
de repetitione dotis ad alendos parentes opinionem
probata esse, vel saltem ex expositis illis probationibus
eam causam minime defendi debere.

T A N T V M



СИУТИАДТ


ULB Halle
003 719 014

3



1078





Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches



CIMEN
TINENS

CONTROVERSVM
N

A DOS SIT
NTA PATRI
RAESTANDA

OD
M ORDINIS GRATIA
S I D E

HENR. BREVNING
ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
ITER. DVISEVRG.
CIO

RIO PETRINO
UNO CICICLXVII.

DEFENDET
STVS MEISNERVS
. LVSAT.

SIAE
LANGENHEMIA.

